


BIBLIOTEKA

Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVII

1.66 6



2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95


96


97

98

99

100





184

VESTIBVLVM /
REGNI
POLONIAE
præparans

LINGVÆ GENTIS Q3
POLONICÆ STVDIO-
sum ut citius Lingua particeps
rerumque Polonicarum facilius
peritus fiat, adorna-
tum

opera ac studio INSTITUT
POLONICÆ.

Jacobi Gadebuschii Pmr:

DANTISCI
Typis Rhetianis. Año clo Icc xxI.

MAGNIFICIS

*Strenuis, Nobilissimis atq; Amplissimis
VIRIS*

DN. ARNOLDO AB HOLTEN
illustris Reip. Dantiscanæ Præconsuli
atq; Protoscholarchæ præclarissimo

DN. JACOBO CONNERTO
Ejusdem Reip. Consuli optatissimo
*Orthodoxæ fidei, piorum Ecclesiæ membrorum
atq; melioris rei literarie*

Nutriciis meritissimis
DNN. atq; Patronis meis benignissimis

NEC NON

*Integerrimis atq; Præstantissimis
VIRIS*

DN. BALTHASARI HARDERO
DN. JACOBO HILTEBRANDO
Civibus atq; Mercatoribus Dantiscanis
florentissimis

Pietatis veræ atq; literarum amantissimis

*Fautoribus atq; promotoribus meis colendissimis
hoc*

*Regni Poloniæ Vestibulum tanquam
Grati animi intimi^q cultus
mnemosynon*

humiliter & submisse nuncupo.

JACOBUS GADEBUSCHIUS
Grifenbergæ - Pomeranus.

XVII-1666-15



ITERÆ Linguarum omnium
simplicissima sunt Elementa & prima fun-
damenta. Fundamentis autem non bene po-
sitis quicquid superstruxeris corruet, adse-
rente candidissimo illō Authore Fabio Qvin-
tiliano. Qyare non abs re fecisse videbimur;
qvod aliorū insistentes vestigiis hanc Alphab-
eti Polonici exercitationem susceperimus: siqvidem vel uni-
ca litera perperam pronunciata totum reliqum hominis ser-
monem mirum in modum deformat, ut animadvertere licet in
illis, qvibus Natura pronunciationem literæ R negavit: Qvā
tamen uti primam artis suæ literam, naturā sibi negatam, ita
emendavit Demosthenes ut oratorum primus & summus eva-
serit. Cur & Nos non annitamur in ἐφωνίᾳ lingvæ quantum-
vis non genuinæ? Iccircò sine pluribus rem ipsam aggredie-
mur & paucā de Alphabeti præcipue Polonici affectionibus
dissertabimus. Sed qvædam plenioris cognitionis causā, ge-
neratim de literarum definitione; Speciatimq; de numero lite-
rarum polonicarum; tum paucula qvoq; veluti *καὶ διέζοδος* de
earundem origine præmittemus.

Litera est minima pars vocis individua.:

Definitionem hanc dedit I. C. Scaliger c. 4. & 5. l. 1. de cau-
sis L.L. Ubi simul rationē Notationis reddit: Exemptis (in-
quit) ex prisca nominis origine aliquot elementis, cum primū
dictæ essent lineaturæ, literæ postea factæ sunt. Sicut apud
Græcos γράμματα παρὰ τὸν γραμμήν. Evenit deinde, ut qvoniam
album nigredine adspiceretur atq; ei quasi officeretur, ut ea

Significatio latius fusa sit & litura inde etiam macula diceretur. Obliterare autem Verbum non à literis ut dixerit sed à litoris dictum est versus scilicet vocali. Quemadmodum à fœnus, fœneror, à pignus pigneror & à tempus tempero: Sic à lineando linere. Unde lineatura & literæ & lituræ, ex eodem fonte æquæ omnia.

Hactenus Scaliger de definito. Ipsa porro definitio constituitur 1. ē Genere: *Pars.* 2. Respectu Totius: *Vocis* quæ primarius etiam est finis literarum. Siqvidem litera ideo scribitur ut dictionem constituat ad expressionem ιῶν ἐν Φύχῃ παθητικῶν. 3. Differentiâ pars individua.

Litere Polonicae sunt viginti & una:

a, b, c, d, e, g, h, i, k, l, m, n, o, p, r, s, t, u, w, y, z,

Tot recenset Nic. Volkmarus in Grammatica sua Polonica. Totidem recenset Latinas I. C. Scaliger l. 1. de causis L. L. c. 6. Postea vero Volkmarus ibidem fere quadraginta recenset; alii etiam plures. Quid hic dicendū? Respondemus cū Christ. Becmanno ē c. 3. Manuductionis ad L. Lat. Omnino sufficit numerus, quatenus essentia literarum sine accidentibus consideratur. Quidnam etiam pauciores forte statui possent: Sicut Scaliger testatureo d. c. xvi. tantum principio in Graciâ extitisse literas à phœnicia, ut aijunt, Cadmi opera receptas: A, B, Γ, Δ, Ε, Ι, Κ, Λ, Μ, Ν, Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ, Palamedem autem adjeccisse Ζ, Φ: Epi-charmum Θ, Χ, Simonidem Η, Ω. Itemq; Ζ, Ψ. Istæ verò posteriores non simplicis sed duplicitis sunt potestatis. Ζ valet κσ. Θ Latinè ph. Θ Lat: th. Ξ Lat: ch. Η duplex Ι. Ω duplex Ο. Ζ ds vel ts. Ψ ps. Sed quia interdum nimis ἀριθμοῦ γένεν plus obest quam prodest, receptum literarum numerum tenemus, cui si quid deest mox in affectionibus subjungetur.

Iam de fonte literarum pauca hic addere libet.

Literarum originem variis variis assignarunt. Nos sine ambigibus ad rem ipsam anhelantes uti melioris omnis sapientiæ: Ita etiam literarum Inventores affirmamus esse Hebræos id quod cum ex figuris tum ex nominibus colligere licebit.

Media

- Χ - Media Virgula retineatur; reliqvæ lineentur. - A
 Η - { Invertatur & rectilineæ, cum inferior]
 tum superior, curventur. } - B
 Σ - { Rectâ invertatur formâ & puncta in-
 feriora abjiciantur. } - Γ
 Τ - Linea adjiciatur ut triangulus appareat. - Δ
 Ζ - Græci semicirculū; Latini fere totū retinuerunt. H c
 { Hoc Græci, si o respicimus, parum }
 immutarunt: si φ; valdè. } - Ο Φ
 Ι - Addatur virgula inferior. - Z
 Χ - Trajiciatur; linea sinistra transfigatur. - X
 { Sinistra figura abjiciatur, dextrumq;
 cornu ageatur. } - T
 Ι - Rectificetur. - I
 Κ - Linea superior & inferior transponatur. - K vel C
 { Leviter immutetur utraqz linea supe- }
 rior; reliquum figuræ abjiciatur. } - Λ L
 Μ - Transponatur basis sive litera inferi-
 or facileqz formabitur. } - M
 Ν - Tres lineæ transponantur. - N
 Σ - Lineetur dabitqz materiam τη σιγμαλος. - Σ
 Γ - Abjiciatur unum cornu leviterq; mutetur. - Γ
 { Abjiciatur lineola cum punctulo de- }
 xtrō; deinde transponatur. } - Π
 Ζ - Oculus alter dematur & forma qvæ-
 dam τη z apparebit. } - Z
 Κ - Ansa sinistra aliquantis per demittatur
 & transformetur. } - K
 Ρ - Invertatur superiori lineola curvatâ
 in sinistrum latus. } - P vel Ρ
 Σ - Basis lineetur, iterumqz emerget materia τη Σ. - Σ
 { Linea superior protendatur & quasi
 duplicetur dextro pede. } - T.

Atqe hæc qvidem ratio deductionis alicubi inæqualior vi-
detur, verum cogitemus similitudinem hic esse, qvæ etiam est
dissimilis. Alias enim non esset ὅμοιόης sed Ἰανόης. Tum lite-
ræ qvoç hebraicæ qvibus jam utimur, Hieronymo teste novæ
sunt aut saltem interpolatæ. Interim tamen vestigia hic videre
licet ex qvibus non obscurè perspicimus: Græcos debere sua
Elementa Hebræis. Id qvod manifestius etiam, dum nomina
literarum inter se conferentur, elucebit.

Aleph	Αλφα
Beth	Βῆτα
Gimel	Γάμμα
Daleth	Δέλτα
He	Lat. Ha
Vau	Vau
Dsajin	Ζῆτα
Cheth	Χι
Teth	Θῆτα
Jod	Ιῶτα
Caph	Κάππα
Lamed	Λάμβδα
Mem	Μῦ
Nun	Νῦ
Samech	Σίγμα
Ngajin	Γάμμα
Pe	Πῖ
Tsade	Ζῆτα
Koph	Κάππα
Resch	Ρῶ
Schin, Shin	Σίγμα
Thau	Τῖον.

Cæterum sicut Lingva Græca literas suas Hebraico idio-
mati acceptas refert: Ita Linguam Latinam & cum Latina
Germanicam simul & Polonicam suos Charakteres acceptos
referre

referre oportet Græcanicæ Lingvæ. Atq; ut de Germanicâ nihil addamus Latina & Polonica olim vel tota vel maximam partem fuit Græca. De Latina testis est Plinius I. 7. c. 58.

Veteres (literas) Græcas fuisse easdem pœne, qvæ nunc Latinæ, indicio erit Delphica tabula antiqui æris, qvæ est hodie in palatio, dono principum Minervæ dicata, in Bibliotheca cum inscriptione tali:

NAVCIKPATES TIKAMENOV AΘΕΝΑΙΟC ΚΟΡΑΙ
ΚΑΙ ΑΘΕΝΑΙ ΑΝΕΘΕΚΕΝ.

Hodie legimus: Ναυσικάρης Ισαμένος Αθηναῖος νόρα καὶ αθηναῖα σύνεθηκεν.

Testis insuper est Dionysius Halicarnassenus cujus hæc sunt Verba lib. I. ἀρχαιολογίας ῥώμαικῆς:

Ῥωμαῖοι δὲ Φωνὴν μὲν ἔτ' ἄκραν Βάρβαρον ἐδίπλωσμένας ἐλάσσα φέγγυοισι, μικρὴν δὲ θυντὴν εἰς ἀμφοῖν, τὸς εἰσιν ἡ πλείαν αἰολίς Τύριο μόνον ἀπολαύσαντες ἐκ τῶν πολλῶν ἐπιμιξεων τὸ μὴ πᾶσι τοῖς φθόγγοις ἐρθοεπεῖν.

Id est:

Romani Lingvam neque extremè balbaram neque exactè Græcam loquuntur sed mixtam quandam ex utrâq;: eaq; maximam partem Æolica est. Hoc tantum vitii habentes ex multa mistione quod non omnibus sonis rectè pronuncient.

Idem non inrectè affirmari potest de lingva Polonicâ. Quæ licet multa ex idiomate sancto sibi appropriaverit cum pronunciationem ejus ante alias lingvas exprimendo; tūm Genus Masculinum, Fœmininum, Neutrum aliaq; similia retinendo: Tamen plura videtur sermonis sui incrementa à Græcis accepisse, cum quibus non tantum Numerum Dualem cum flexione tam Nominis quam Verbi insigniter sibi communem babet. (Verbi gratiâ:

Krolowi

Βασιλεῖ sive βασιλέϊ

Krola

Βασιλέως

Sic

Molam

Wolam

Boō

Wolas

Boās

Wola

Boā.)

Sed & ipsa olim Græcis usa fertur literis. Cujsus rei indicium est qvod adhuc hodie liber Cyrilli contra Julianum Apo-statam idiomate Vandalico scriptus, in Bibliothecā Erffordiana servari perhibeatur, hujusmodi literis:

Aaz	Б buki	B wiedie	Г hlahol	Д dobro
С iest	Ф ziwietie	З zielo	З ziemia	І ize
Й i.	К kako	Л ludie	М myslite	Н naß
О on	П prokoi	Р irey	С slowo	Т twierdo
Ч ik	Ѡ uk	Ѳ fert	Х hir	Ѡ ot.

Tantum de Generali definitione, numerō obiterq; de origine:
jam ad ipsas nos accingemus affectiones.

Affectio literarum Polonicarum est Simplex vel composita
sive conjuncta.

Simplex est Vocalium vel Consonantium.

Affectio Vocalium est communis vel propria.

Communis, qvæ omnibus vocalibus in plerisq; omnibus Linguis
convenit, est qvâ Vocalis longa vel brevis dicitur.

LONGA

BREVIS

ut :

A lasta	bacillus
E zegnam	benedico
I nic	filium
O vlos	nasus
U luska	sqvama

A lasta	Gratia
E zegam	Uro
I nic	Nihil
O vloz	Culter
U vely Lyssa	Cochlear.

Hæc

Hæc Vocalium longarum & brevium sive magnarum &
parvarum affectio ē Lingva Hebræa Lingvarum fonte fluit.
Qvæ non solum earum κέντρον καὶ χεῖτρον sibi appropriat sed &
unamq[ue] suo vocat nomine. Magnas qvidem appellat
Kamets, Tséri, Chirekgadol, Cholem, Schurek,
parvas verò

Patach, Sægol, Chirekkaton, Kametschatuph, Kibbûts.

Kamets a magnum pronunciatur ut Germanicum Gadēm
filum, Gram probus. Nec dubium est, olim quoq[ue] apud Græ-
cos & Latinos pronunciationem ejus in usu fuisse, qua distin-
ixerunt πάσαθαι posidere, πάσαθαι Gustare. Mālum (po-
mum) Mālum (incommode) sed qvæ hodie ferè evanuit.

Tséri pronunciatur ut Germanicū Regen pluvia, Segen
Benedictio. Idemq[ue] crebrò auditur in Lingva Gallica ut fa-
cultas facultés, præterire Passér. In Græca quoq[ue] literatura
vocalem hanc, qvæ in ḥ H latuit, quasi ē tenebris revocarunt
Viri eruditæ, qvī τάχη non quasi τάχι sed quasi τάχε ob duplex &
ē quo contractum est (τάχες τάχη) pronunciandum esse conten-
derunt. Contra etiamnum in Lingva Latina latet prisca voca-
lis hujsus pronunciationis, & ita latet ut vix ab ullo eruenda. Qvis
enim hodie pronunciatione diicriminat Venit præsens & Vé-
nit præteritum? Ita in Lingva quoq[ue] polonica raro obser-
vatur.

Chirekgadol pronunciatur ut Saxonicum Tidt Tempus.
Quomodo etiā pronunciatur literæ Græcæ φī, χī, ψī. Latini,
ut observant Critici, i longum lineolâ longius producta scri-
pserunt ut: vlna, amlcus, regIna. Sic: Majior, pejior, ejus.
Qvod hodie in Latinitate à nonnullis eruditis renovari anim-
advertisimus. Minus igitur mirum videri debet, si idem in polo-
norum scriptis deprehendatur.

Cholem pronunciatur ut Germanicum Mor/Morenlande
Æthiops, Æthiopia. Græci, teste Mureto, o magnum o du-
plici

plici scripserunt. Unde postea effectum ad celeritatem scribendi illud omega qvō hodie utimur. Sed & prisci Latini duplex o scripserunt: moorus, voocem. Qyin & alias ingeminarunt Vocales longas ut amarae habere: Atq; ex hac antiquitate in obitum celeberrimi Poëtæ Friderici Taubmanni Verba prævit præconi Cl. Conrad^o Bachmannus hac inscriptione: Founus INDICTIVOM. Hodie vero in quotidianis Latinis scribendi consuetudine exolevit ista o *muinge* geminatio: raroq; apud polonos invenietur: licet à Græcis constanter retineatur.

Schurek pronunciatur ut Germanicum Fuß/ per Græcum Πούς & Latinum Purus vel Uro qvod ab Ur focus descendit. Antiquitus apud Latinos scribebatur per OU, ne in exilitatem vergeret, authore Festio.

Patach pronunciatur ut Germanicum Haber Avena. Dicitur nonnullis a Gallicum eò qvod Gallis sicut & Polonis est frequentissimum.

Sægol pronunciatur ut Germ: Sæhle anima & ut Saxonum Leven amare. Est & hoc Polonis usitatissimum.

Chirek valet i breve sive submisum, quale auditur in germanico Kindt Puer, omnibusq; in quolibet idiomate obviū est.

Chametschatuph pronunciatur ut vocula Germ: Töchterlein Filiola qvod o parvum à Latinis olim in u mutatum fuit ut *roquīaq;* Numitor, *φαβίος* Fabius; id qvod etiam apud Polonus non est infreqvens in quotidianis loqvendi consuetudine.

Kibbuts v Græcorum, cui simile est u Gallicum & y Polonicum nec non u Germanicum ut *Für/πῦρ*, *Thür/θύρα*. Latinis Litera u lōv u vicem & vocem supplet ut *Kύμινος*, Cuminum.

Fuit affectio vocalium communis, qvam ē fonte Sancto Linguae omnes hauserunt: Propria Lingua Polonica est, qvā duas vocales priores a & e virgulanter.

A.
A Vir

A Virgulatum idem sonat qvod en obtuso sonō ut mola
qvasi monka farina.

E.

E Virgulatum qvasi en leniori qvadā cum adspiratione ef-
fertur ut rete qvasi rencken manum.

Tantum de affectione Vocalium: seqvitur Consonantium.

Consonantes sunt mutae vel SemiVocales.

Mutae Alphabeti Polonici sunt IX.

B, C, D, G, H, K, P, T, VV.

B.

B duplex est: Simplex qvod simpliciter scribitur vt: drab/
miles. Virgulatum qvod virgula transfigitur sicq; emollitur vt
jedwah Sericum.

B bene pronunciant Poloni ut Hebræum Beth & ut nativum βῆτα. Etenim Bétha efferendum esse vel origo ostendere videtur. Facetè ideò in Vascones, qui pro BE nationis suæ vi-
tio vE semper pronunciant, epigrammate I. C. Scaliger lusit,
qvod eorum Vivere sit Bibere. Sed Germanis nostris qvoq;
cavendum ne B pro P vel contrà P pro B utantur illisq; si-
mile qvid impingatur.

C.

C Duplex est: Simplex qvod nude scribitur vt caly totus.
Notatum qvod notâ superius insignitur vt Wię/ Restis.

C apud Polonus semper ut Z Græcum & nunquam ut K profertur. Contrà apud Latinos ut K enunciatur in A, O, U, item L, R. Sic dicimus: Cacumen, conor euro, clarus, crimen. Eandemq; potestatem in E, I, Æ, OE, retinendam esse viri docti nostro seculo censem, nihilq; qvo minus id fieri debeat obtendi posse qvam consuetudinem adfirmant. Cæterum Petrus Friderus I. C. in Grammatica sua laudat Gallos qvod C omnium optimè pronuncient: Italos contra qvod cum sibilo

Germanosq; qvod tanquam Z potestatem ejus immutent, reprehendit. Aliter I. C. Scaliger: Galli C turpisime per sibilum edunt; ut non discernas cellamne an sellam audias: Germani nostrates non tam crasso sibilo: At Germani Belgæ & Hispani non aliter quam Galli Circumpadani & Veneti & Flaminii & Ligures sibilo tenuissimo & balbo. Qvi omnes redarguuntur eo, qvod in fine dictionum Græcum servari sonum satis patet ut: hic, nec, ac, halec. Neq; enim sibilo terminantur sed in sicciorum sonum, qvi appositâ vocali debuit continuari. At qvicq; id in sermone Latinô: sanè in vernaculo sua qvælibet Lingva obtinet idiomata & suas quasi virtutes, qvas Lingvæ Studiosus in eâ Lingva, qva natæ sunt, sectabitur atq; imitabitur.

D.

Deundem semper obtinet sonum vt **dawam/ soleo dare.**

Idem est Daleth Hebræum, Delta Græcum & τὸ DE aliarum nationum. Id tantum observandum D à Germanis laxiore oris compositione; à Polonis arctiore atq; strictiore proferri. Locum itaque hic habet illud Scaligeri: D tam Græci quam Vascones atque etiam Arabes aspiratius pronunciant subdita scilicet dentibus Lingva: Nos siccius vix appositâ ac celeriter abductâ.

G.

G Unum eundemq; durum vel potius aspiratum sonum semper obtinet vt: **gadam di vino.**

Quemadmodum in dictionibus Græcis ita etiam in Latinis **G** integre pronunciant Poloni. Nosqve Germanos taxant qvod vel N cum G miscemus efferentes ingnis pro ignis: vel ī j vertimus ut lejimus pro legimus. Iterum addere libet Scaligerum nostrum: Proximum ipsi C est **G**. Itaq; Cneum & **Gneum** dicebant: Sic Curculionem & Gurgulionem. Appulsa enim ad palatum Lingva, modicello relicto intervallo, spiritu tota pronunciatur.

H.

H littera soni est adspirantis ut **Chleß Panis.**

H apud Græcos adspirationis nota, apud Hebræos Latinos Germanos aliosq; omnino est litera. Siquidem dictio nem constituit & distingvit. Aliud enim hara est, aliud ara. Vulgus polonorum literam hanc male triplicat pro HA dicendo CHA; idq; in ipsas deducit Voces.

K.

K Unum eundem sonum semper obtinet ut **Kokß Gallina.**

Kappa locum suum meritò obtinet in Lingua sancta, Græca, Polonica, Germanica, aliis: At in Latina non ob usum sed ob luxum inquit Justus Lipsius. Quia C & Q vicem ejus sat s superq; obire possunt: Nec differt sono de vero & genui no sonoloqvor sed tantum Specie. Alii concedunt specie tan tum non sono differre, indeq; prisos promiscuè scribere solitos fuisse; arka, arca: sed insimul, sicut Y & Z in dictionibus Græcis ita & K non male adhiberi adserunt recteq; scribi tam per K Kalendarium qvam per C Calendarium.

P.

P Duplex est; Simplex qvod soni est durioris ut **Lip/ præda.** Notatum qvod soni est mollioris ut **Lip/ prædare.**

P Saxonum qvandam præ se videtur ferre cognitionem cum P duriore Polonorum: P misnicum cum signatō. Apud Latinos literā P nullum finitur vocabulum; ē diverso apud Polenos perplurimæ in hanc literam desinunt Voces.

T.

T Unum eundemq;e sonum retinet ut **szata vestis.**
T̄ vel t formam Aufonius hoc expressit **versiculō**

Malus ut antennam fert vertice sic Ego sum t.

Potestatem communem habet cum Theth Hebr. Tau Græ co & Te Latino. An verò potestas illa, præcipue in Latinis, immutari queat, qvestio nō est infima. Iulius Cæsar Scal. plane ne ne-

ne negat. Pet. Friderus paulo mitius loqvitur pag. 8. Grammatices suæ : Literam T seqente i cum alia in eadem dictione vocali tanquam C vel Z qvidem legunt : Vnde gratia Ital. & Germanis legitur quasi grazia, Gallis quasi gracia : sed cum loqvendi & scribendi similis esse ratio debeat : fortasse id corrigendum erit : præcipue ubi est aliqvid periculi : sicut in Vitium à Vitis, vitium à vito, noctium à nox noctis, litium à litis, ad differentiam noxiū, viciū, licium. Deinde observandum t, appositō ȝ h, aspirari, in Lingva qvidem Latina & Germanica ; non verò Polonicā.

VV.

VV duplex est : Simplex qvod est soni crassioris ut ȝ dray-
cow Impostorum.

Notatum qvod est soni mollioris ut : Krew Sangvis.

Cognatae literæ sunt F & VV. F in dictionibus verè polonicus usum plane nullum habet, sed tantū in peregrinis quales sunt forte/ ſzafute/ traſi ſie. VV effertur ſono strictiore ut φ Græcū : F paulo laxiore. Atq; hinc Cicero testem Græcum irrisit, qvod, cum primum literam in nomine Fundanius exprimere vel nō posset vel nolle, eam proferret quasi Phundanius. Idem adhuc hodie uenire ſolet inter Germanum & Polonum ; qvorum alter nationis suæ tenens pronunciationē tanquam optimam, alterum ſecūs voces eloquentem miratur, ſæpe etiam ridet.

Fuerunt mutæ ; ſeqvuntur ſemi-vocales.

Semi-vocales ſunt 6. Conſonantes reliquæ :

L, M, N, R, S, Z,

L

L Duplex est. Simplex & Vigulatum ut Mylat Effudit.

L Simplex apud Græcos Latinos & alios idem est ut λυ-
νος, λειθω. Virgulatum Linguis plerisq; ignotum est. Ideoq;
peregrini

peregrinis prolatu difficile. Facile autem reddetur si superiores dentes extremitate Lingvæ molliter feriantur. Neq; vero omnibus omnino inusitatum. Nam ut I. C. Scaliger: L germinant atq; aspirant etiam cum solum est Gabali, Aruerni & Ligureo Taurini locis aliquot. Contra nostrum vulgus vix adduci potest, ut germinent. Græci nunc sic pronunciant ut aliquid aliud intelligas, quasi succedat I consonans ipsi L & sequentes præeat vocalem: quam pronunciationē audias hodie apud Thuscos, quum dicunt Gli: & apud Vascones quum postponunt aspirationem: apud Hispanos quum germinant. Sic igitur Græcus ἀλιάδα: Thuscus Agliada: Vasco, Alhada: Hispanus Allada: Omnes æque male si ad Latinitatem se conferant. Recte si ad Latinitatem se conferant. Nam alias sua cuiq; Lingvæ Gratia venustas & proprietas; sed quæ Lingvæ augustæ neq; præferri neq; dominari debet.

M

M Duplex est: Simplex & Signatum ut pielgrzym/ pism.

Quintilianus l. 12. c. 10. Quid quod pleraq; nos illâ quasi inuidente litera claudimus M. Quâ nullum Græcē verbum eadit. At N jucundam & in fine quasi tinnientem illius loco ponunt, quæ est apud nos rarissima in clausulis. Idem approbat I. C. Scaliger l. 1. de causis L. L. c. 10. Vbi erudite consonantum potestates enucleat. Licet autem Lingua Polonica M non raro admittat præcipue in Verbis: tamen non raro etiam adhibet N saltem implicitum tam in Nominibus quam Verbis, ut hac ratione quasi certare videatur cum Lingvæ græcæ elegantia atq; varietate.

N.

N duplex est: Simplex & signatum ut nā Ros.

Miratur Lipsius N cum tam suaviter sonet, toties omissam à Græcis. Illorum enim est Μάλλιος qui Latinis Manlius. οἴηνος Hortensius. κλήμης, Κώστας, γαλης. pro Clemens, Constans, Valens. At Poloni tantum abest ut omittant ut etiam non nunquam

nunquam duplicant vel triplicant, Sit omnium unicum exemplum pānia/ ubi n signatum quasi duplicatū effertur. Sed & in peregrinis nominibus literis mirum quantum trajectis N retinent, ut apparet ē nomine Jendrzej/ quo Andreā appellant. Præterea, qvod I. C. Scaliger de Italī & Insulanis Græcis refert qvod N aspirent potissimū seqvente I, EI, OI, aut Y. Idē in Polonis observatur. R.

R Unum eundemq; habitum obtinet para par.

Poloni literam hanc nude ponunt, licet eam sono asperiore proferant, pro ut Græci eandem expresse aspirant. Id verò a. pud Latinos an rectē fiat lubet audire illustrem Scaligerum: Quidam minus sapienter etiam Romam aspirant, cum tamen Romani Ipsi de suo R omnem exemerint usum aspirationis. Stultius autem, qui etiam Renum fluvium! Neq; enim Germani ei elemento apponunt flatum ullum. Lenissimè enim sua Lingva pronunciant Judicem & annulum & eqvum (Richter/ Ring/ Roß/) & alia. Necq; par est nobilissimæ Gentis fluvium à Græculis rationem nominis accepisse: sed qva nunc voce Pruinam (Reiff) appellant, fortasse aquam omnem gelidam, atq; inde etiam Renum nominarint.

S.

S duplex est: Simplex & Signatum vt Nos Nasus, Nos fer.

Literam hanc Polonia eandem cum idiomate Sancto habere videtur; rectēq; eam cum sibilo effert. Sicut vel silendi interjectio ST innuit, qvæ præter sibilum nihil significat. Litera hac præclarè pro more suo Scaliger: S, facilima omnium literarum, neq; enim sine ipsa efflare possumus. Qyare non est merita ut à Pindaro diceretur Σανιβδηλον. Dionysius quoque cum R generosissimam vocat, at ipsum S expellit rejicitq; ad Serpentes: maluit canem irritatam imitari, qvā arborum naturales susurros seqvi. Pronuncianda vero est masculo ac constanti tenore non dimidiato ut Itali & Galli, qui per Z proferrunt. Idem enim sonus est in Misī, qui in Missus; sed duplo major:

major: non est igitur alia vis sed duplicita: distat enim non Substantia sed quantitate. Merito jure haec applicari possunt Polonis, qui ut familiarissime ita rectissime litera S utuntur.

Z.

Z triplex est: Commune signatum & punctatum ut Z geminum arx. Ziamno granum. Zart jocus.

Apud Latinos duplices numerantur X & Z. Poloni vero in paucis dictionibus usurpant literam X, maluntque peritiores pro ea scribere Bz ut Ziaze Bziaze Princeps. Porro Zetha sicut Polonis hodie crebrum est, ita ut casibus obliquis Verborumque personis adjungatur, licet in thematibus non habeatur in primis post R & D, ut Rura Rurzo fistula Ide Idzieb eo: ita Graecis olim assolens fuit; sed, teste Verepéo, Romanorum auctibus odiosum. Vnde pro eo scripserunt aliquando S simplex ut Sagunthius. Nonnunquam mutarunt illud in S geminum ut Massa Messentius, Graecisso. Differt tamen Z ab S. quod Z sibilum habeat duplēcēm; S simplicem. Qui igitur Z recte proferre volet, sibilum literae S oportet geminet, sed quadam cum verecundia sine affectatione. Alias immodicum sibilandi studium Romanis auribus semper ingratum extitit. Id quod observandum est ne studentes Linguae Polonicae, aliquid detrahamus Linguae Latinæ. Nam cum singulæ fere Linguae aliquid peculiare habeant, idque superioribus annis minus observaretur, siebat saepe ut Germani, Itali, Poloni, Galli loquentes Latinae se invicem non intelligerent.

Hactenus fuit affectio literarum simplex: sequitur conjuncta quæ in literarum connexione spectatur.

Estque Variatio vel pronunciatio.

Variatio constat Adjectione, Abjectione, Trajectioem.

Adiectio fit cum litera literæ additur.

E septem adjicitur præpositionibus, quando dictio sequens ab una vel pluribus consonantibus incipit, vitandæ asperitatis gratia; ut:

Bezemnie	pró	bez minie	line	Me.
Nádemna	pro	nád mná	supra	Me.
Odemnie	pro	od minie	à	Me.
Przedemna	pro	przed mná	coram	Me.
Przezemnie	pro	przez minie	per	Me.
we Gdansku	pro	w Gdansku	Dantisci.	
ze Gdanska	pro	z Gdanska	Dantiscō.	

I p̄xponitur aliis vocalibus emolliendi causā, ut: **Swiatę**
Mundi, ciemność tenebræ, **Kosciół** Templum.

C omnibus fere vocibus affirmationis & emphaseos gratia
adjicitur ut: **Poydec** certe ibo. **Nie wieręc** Non credo tibi.

Z post c & s ponitur qvando obtusius paulo & aspiratius
sunt exprimendæ ut **czarny** niger. **Deszcz** pluvia. **szata** vestis.
Adjicitur qvoq; pronomini qvando in Vocalem desinit ut: **cz/**
oniz/taz/toz. Ze vero qvando in Consonantem ut **tenze/tymze**.
Præterea notandum, post l ante alias vocales i non ponī ut
Chleb/non **Chlieb**. Deinde y nunquam scribi post G & K sed
semper i simplex ut; **Srogí** severus.

Abiectio fit cum litera literæ demitur.

Talis abiectio usitata est in Ablativo Instrumentali ut: **przy**
szedz listy pro **z** listami venit cum literis. Talis qvoq; est in ob-
liqvis à **moy/twoy/swoy** ut: **moiego/mego**. **Moicey/mey**. Itēq;
in præpositione **Ku**, qve u abjicit si una pluresq; sequantur
consonantes minus asperæ ut **Ksobie** pro **Ku** sobie ad se.
At cavendum ne literæ genuinæ pro spuriis abjiciantur. Ita
male scriberetur **Lepy** pro **Lepiey** Melius.

Trajectio fit cum litera literæ cognatâ trajicitur.

Ita trajicitur sive mutatur.

a	e	bialy/bielſy/	Albus,
a	e	blad bledu/	eror.
ɛ	a	Swieto Swiat festum.	
ɛ	o	Jmie Jmona nomen,	
ɛ	c	Czapka/czapce Pileus.	
ɛ	dʒ	łoga nodze Pes.	

Talis

Talis variatio similiter evenit in alijs Linguis ut videre licet apud Iulium Cæsarem Scaligerum l. i. de causis Linguae Latinæ, loco saepius citato: Apud Gretzerum quoq; in calce Grammatices Græcæ.

Fuit Variatio; seqvitur pronunciatio, qvæ syllaba dijudicatur longa vel brevis

Syllaba longa in plerisque omnibus tam nominum quam verborum flexionibus invenitur.

Syllaba brevis in paucis distinctionibus observatur ut **Kalamars** Atramentarium.

Pronunciationem diximus affectionem literarum conjunctā, qua voce simul Alphabeto includitur. Idem alij fecerunt qui dissertationibus suis de literis etiam paucula hæc in seruerunt de Syllabis sive literis conjunctis ibidemq; quæstionem non ignobilem moverunt. An sicut in prosodia ita etiam in Comœdia, Academia aliusq; penultima sit producenda? Ad quā breviter respondere possumus: Si Latinismū respicimus penultimæ sunt corripiendæ: Si Græcismū producendæ. Polonismus vero secundū positionem nostram omnes tam Græcas quam Latinas dictiones pro ducit ut Academia familia. At singulariter observanda est particula siē quæ instar Encliticæ tonum in præcedentem syllabam reiçit ut **dōswiadczam** siē Exerior.


Coronidis loco adjicimus ē P. Fridero versus quæ literarum pronunciationem non parum juvabunt:

- A sub directo memorabilis oris hiatu est.
- B simul inclusis prorumpit utrinq; labellis.
- C summam attingens gingivam sibilat ore.
- D cogit superos linguam contingere dentes.
- E paulum pressa profertur gutture lingua.
- F labrum inferius superis cum dentibus urget.
- G facit ad medium se curvans Lingua palatum.
- H Spirat patulis ventus cum faucibus halat.
- I Lingua impellit contingi dentibus imis.
- K format fauces postrema parte palati.
- L sonat ad primum Lingua pulsante palatum.
- M leviter clauso formatur utrinq; labello.
- N fit gingivam tonicorum agitante loquela.
- O facit exoritur cum Spiritus ore rotundo.
- P datus eruptister litera quinta labellis.
- Q damus appulso cum stringimus ora palato.
- R facit ut supero crispetur Lingua repulsa.
- S cavitate oris dat lingua, ut dentæ fuisse retinatur.
- T latâ tactis lingua mox dentibus exit.
- U movet os strictum sic provida labra fatigat.
- X reddit quicquid CE atq; ES formare videmus.
- Y psilon apprensis justum est procedere labris.
- Z eta per adductos producit sibila dentes.


Sic

Sic, DEO Invante, expedivimus institutum nostrum de *Alphabato Polonico*. Quod si quis primum præcepta ejus probe percepit, ut expeditè legere queat, non est dubium illum porro feliciter in Polonissimo esse progressurum. In primis si reliquam Etymologicæ partem, quæ partim est in flexione partium orationis principalium, partim in recensione minus principalium adjunxerit: sc̄p in colloquijs exerceuerit: quæ si viva voce institui poterunt vivam habebunt ērāgysian; si minus scriptis utendum est, qualia sunt Doctissimi Nic. Volckmari. Utinam vero dialogi ē radicibus primigenijs secundum artem Grammaticam certi essent compositi! Sperari posset facilior & feli-
cior juventutis profectus.

Typus Alphabetti Polonici,



716/6



6199

7746
-

